

Cambridge University Press

978-1-108-04878-1 - Munimenta Academica or, Documents Illustrative of Academical Life and Studies at Oxford: Libri Cancellarii et Procuratorum: Volume 1

Edited by Henry Anstey

Excerpt

[More information](#)

ORIGINAL DOCUMENTS

ILLUSTRATIVE OF

ACADEMICAL AND CLERICAL LIFE AND STUDIES

AT OXFORD.

LIBRI CANCELLARII ET PROCURATORUM.

LITTERA N.¹ LEGATI DE PENA BURGENSIIUM PROPTER
SUSPENSIVM CLERICORVM AB EIS COMMISSVM. A. 46.
B. 4.

N., Dei gratia Tusculanus Episcopus Apostolicæ sedis A.D. 1214.
legatus, dilectis in Christo filiis Burgensibus Oxoniæ
salutem in Domino.

Cum propter suspensivm clericorum a vobis com-
missum mandatis Ecclesiæ per omnia stare jurassetis, The Townsment
are to excuse
the Scholars one
half of the rent
of all Halls let
to them in the
town for a period
of ten years, in
compensation for
having hung
certain clerks.
Nos, volentes agere misericorditer vobiscum, statuimus
quod a festo S. Michaelis, anno ab incarnatione
Domini millesimo ducentesimo decimo quarto usque in
decem annos sequentes, Scholaribus Oxoniæ studentibus
condonetur medietas mercedis Hospitiorum omnium
locandorum clericis in eadem villa, mercedis inquam
taxatæ communi consilio clericorum et nostro ante
recessum Scholarium propter suspensivm prædictum cleri-
corum: Finitis vero prædictis decem annis, aliis decem
annis proximo sequentibus locabuntur Hospitia sub
mercede cleri, ut prædictum est, taxata.

¹ *Nicholai.*

Cambridge University Press

978-1-108-04878-1 - *Munimenta Academica* or, Documents Illustrative of Academical Life and Studies at Oxford: *Libri Cancellarii et Procuratorum*: Volume 1

Edited by Henry Anstey

Excerpt

[More information](#)

Hæc de Hospitiis constructis et taxatis ante præfatum clericorum recessum :¹ constructa vero postmodum vel construenda aliaque prius constructa sed non taxata arbitrato quatuor Magistrorum et quatuor Burgensium taxabuntur, et prædicto modo per utrumque decennium locabuntur. Communia quoque ejusdem villæ annuatim dabit quinquaginta duos solidos dispensandos in usus pauperum Scholarium per manus Abbatis de Osneya et Prioris ecclesiæ S. Frideswydæ de consilio venerabilis fratris Hugonis, tunc Episcopi Lincolnensis et successorum suorum vel Archidiaconi loci sive ejus officialis aut Cancellarii, quem Episcopus Lincolnensis Scholaribus ibidem præficiet, ita scilicet quod viginti sex solidi solventur annuatim in festo Omnium Sanctorum et viginti sex solidi in Capite Jejunii. Præter hoc etiam eadem Communia pascet centum pauperes Scholares in pane, cerevisia, potagio, et uno ferculo piscium vel carniū singulis annis in perpetuum die S. Nicholai quos Episcopus Lincolnæ vel Archidiaconus loci seu ejus officialis aut ipse Cancellarius vel alius ab hoc Episcopo Lincolnæ deputatus providerit. Jurabitis etiam quod victualia et alia [Scholaribus]² necessaria justo et rationabili pretio vendetis, et ab aliis vendi fideliter procurabitis, et quod in fraudem hujus provisionis graves non facietis constitutiones vel onerosas, per quas conditio clericorum deterioretur. Si vero contingat amodo clericum capi a vobis, statim, cum fueritis super eo requisiti ab Episcopo Lincolnæ seu Archidiacono loci vel ejus officiali vel a Cancellario seu ab eo quem Episcopus Lincolnæ huic officio deputaverit, captum ei reddetis, nec aliquo modo machinabimini in his vel in aliis quod³ præfati Lincolnæ Episcopi jurisdictio elidatur, vel jus suum vel ecclesiæ suæ in aliquo minuat.

Also, they are to pay yearly fifty-two shillings for the use of poor Scholars at Oxford, and to feast one hundred of the poor Scholars every year on S. Nicholas' day.

Also, they shall swear that they will sell to the said Scholars all provisions, &c., at a just and reasonable rate.

And, if they arrest a clerk, they shall, on being required, deliver him up to the Bishop of Lincoln or other proper authority.

¹ *Clericorum* repeated after *recessum* in A.

² Written in the margin.

³ *quod*] Probably a clerical error for *quo*.

Cambridge University Press

978-1-108-04878-1 - *Munimenta Academica or, Documents Illustrative of Academical Life and Studies at Oxford: Libri Cancellarii et Procuratorum: Volume 1*

Edited by Henry Anstey

Excerpt

[More information](#)

LIBRI CANCELLARII ET PROCURATORUM.

3

Jurabunt etiam quinquaginta de majoribus ex vobis pro se et Communia et hæredibus suis, quod hæc omnia supradicta fideliter observabunt, et hoc juramentum quolibet anno renovabitis ad mandatum Episcopi Lincolniae per quot idem Episcopus voluerit citra numerum prætaxatum. Cartam quoque sigillo communi signatam sub prædictis articulis facietis ascribi, et venerabili fratri Hugoni nunc Episcopo Lincolniae liberabitis, cui voluerit in custodiam committendam; hoc autem vos et hæredes vestri facietis, ut honor et reverentia clericis eo exhibeatur abundantius quo magis per vos fuerant dehonestati. Magistri vero, qui post Scholarium [recessum]¹ irreverenter legerunt Oxoniae, suspendentur per triennium ab officio legendi ibidem. Omnes autem, qui de suspensio clericorum fuissetis confessi vel convicti, venietis, ad mandatum venerabilis fratris Hugonis nunc Episcopi Lincolniae, cum interdictum fuerit laxatum, ad sepulcra clericorum discalceati et discincti, sine capis et palliis, sequente vos Communia, et ipsorum corpora differetis in cœmeterio sepelienda ubi clerus providerit, præstito sibi, ut prædictum est, a vobis juramento; et, carta² communi confecta et venerabili fratri Hugoni nunc Episcopo Lincolniae liberata, licentiam habeant Scholares et Magistri Oxoniam redeundi et ibidem legendi, exceptis his qui per triennium sunt suspensi, de quibus est præmissum.

They are to renew this oath every year.

The Masters who continued reading at Oxford after the flight of Scholars from the University are to be suspended from lecturing for three years.

All townsmen convicted of the above offence are to come without shoes, or hats, or cloaks, to the graves of the clerks who had been hung, and followed by the other townsmen, to give them proper burial in a place to be chosen.

Si vero contra statuta nostra et proprium veneritis juramentum, ex ipso facto sciatis vos excommunicacionis vinculo innodatos, et venerabilis frater Hugo nunc Episcopus Lincolniae et successores sui vos et villam vestram reducant in pristinam suspensionis sententiam. Vobis igitur auctoritate legationis qua fungimur mandamus in remissionem peccatorum, firmiter injungentes

¹ This word is omitted in the MS. and supplied by a modern hand, that apparently of Antony-a-Wood.

² et inserted in A.

Cambridge University Press

978-1-108-04878-1 - Munimenta Academica or, Documents Illustrative of Academical Life and Studies at Oxford: Libri Cancellarii et Procuratorum: Volume 1

Edited by Henry Anstey

Excerpt

[More information](#)

4 LIBRI CANCELLARII ET PROCURATORUM.

quatenus hanc constitutionem nostram recipiatis ad mandatum venerabilis fratris Hugonis Lincolniae Episcopi fideliter adimplendam.

Datum apud Rameseiam septimo kalend. Julii.¹

A. 11. PRO ANNUITATE SOLVENDA PER EYNSHAM.

[A.D.1350.]

The Subdean and Chapter of Lincoln have found in their archives a deed of the Abbot and convent of Eynsham.

Noverint universi quod nos, Subdecanus et Capitulum ecclesiae Beatae Mariae Lincolnensis, Decano ejusdem absente, rimato registro in archivis ecclesiae Lincolnensis residente ac earum literis et munimentis in iisdem archivis, inter caetera quoddam scriptum sive cartam, consignatam sigillis religiosorum virorum Abbatis et conventus de Eynsham sub cera viridi, eo qui sequitur tenore, reperimus,

Deed of the Abbot and Convent of Eynsham.

A.D. 1219.

The Abbot and convent of Eynsham undertake to pay, in behalf of the burgesses of Oxford, the yearly pension to the University for the maintenance of certain poor Scholars there, and also to feed once a year a hundred poor Scholars, to each of whom they give twopence, to be paid annually on the same day.

Omnibus Christi fidelibus ad quos praesens scriptum pervenerit, A.,² Dei gratia Abbas de Eynsham et ejusdem loci Conventus, salutem in Domino.

Noverit Universitas vestra quod, cum Burgenses Oxoniae pro suspendio clericorum mandatis Ecclesiae per omnia stare jurassent, secundum statutum venerabilis patris domini Nicholai Tusculani Episcopi Apostolicae sedis legati, et eis ab eodem inter caetera fuisset injunctum, quod quinquaginta et duos solidos annuatim in perpetuum in usus pauperum Scholarium dispensandos de consilio venerabilis patris Hugonis tunc Episcopi

¹ A later hand adds a note here as follows:—"Mem. quod haec carta sigillata est in Thesaurario "Lincolniae."

² *Adam*. The original instrument is in the possession of the University, and has been collated with

this transcript: the date cannot be exactly determined, but the name Adam occurs as Abbot of Eynsham in the 3rd and 9th years of Henry III., and the writing of the MS. agrees with this date.

Cambridge University Press

978-1-108-04878-1 - Munimenta Academica or, Documents Illustrative of Academical Life and Studies at Oxford: Libri Cancellarii et Procuratorum: Volume 1

Edited by Henry Anstey

Excerpt

[More information](#)

LIBRI CANCELLARII ET PROCURATORUM. 5

Lincolniæ et successorum suorum, vel Archidiaconi loci, seu ejus officialis aut Cancellarii, quem Episcopus Lincolniæ Scholaribus ibidem præficiet, ita scilicet quod viginti sex solidi solventur annuatim in festo Omnium Sanctorum, et viginti sex solidi in Capite jejunii; præter hoc etiam quod centum pauperes scholares die S. Nicholai singulis annis pascent in perpetuum, quo Episcopus Lincolniensis vel Archidiaconus loci, seu ejus officialis aut ipse Cancellarius, vel alius ad hoc ab Episcopo Lincolniensi deputatus providerit, istud onus in nos integro suscepimus singulis annis perpetuo faciendum secundum formam præmissam, ita tamen quod ad centum pauperes clericos die S. Nicholai pascentos eodem die sexdecim solidos et octo denarios dabimus, annuatim inter ipsos, qui inde pascendi fuerint, distribuendos, ut singuli singulos duos denarios accipiant per manus eorum quos Episcopus Lincolniensis ad hoc assignaverit. Ad hoc autem nos Episcopo et ecclesiæ Lincolniensi per cartam nostram presentem obligamus in perpetuum, et præsentis scripto sigilla nostra apposuimus, teste capitulo.

Quod¹ quidem testimonium veritate signavimus universis per præsentis sigillo nostro consignatas. Datum in capitulo nostro Lincolniæ ultimo die mensis Augusti anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo.

LITTERA OTTONIS² LEGATI DE RELAXATIONE INTERDICTI OFFICII ET INGRESSUS SCHOLARIUM QUOD FECERAT PRO INSULTU FACTO IN IPSUM APUD OSNEYAM.

A. 48.
D. 24.

Otto³ miseratione Divina S. Nicholai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus,

A.D. 1238.

¹ Quo, MS. The remaining passage is not a part of the original document, which has no date, but has two large seals of green wax attached.

² MSS. *Octoboni*.

³ MSS. *Octobonus*.

Cambridge University Press

978-1-108-04878-1 - Munimenta Academica or, Documents Illustrative of Academical Life and Studies at Oxford: Libri Cancellarii et Procuratorum: Volume 1

Edited by Henry Anstey

Excerpt

[More information](#)

6 LIBRI CANCELLARII ET PROCURATORUM.

universis Christi fidelibus præsentis literas inspecturis salutem in Domino.

Cardinal Otto will deal mercifully with the University; therefore he removes the sentence of excommunication which he had pronounced in consequence of an attack made upon him while at Osney;

Humani¹ generis conditor Deus omnipotens et redemptor eo benignitatis gubernaculo utitur ad regendam Universitatem ipsius, licet positam in maligno, quod etiam si delinquentur ex ea feriat quosdam castigando ad tempus, quosdam etiam effectualiter conciendo² prout merita exigunt singulorum, ab ipsius tamen Universitatis custodia de mane usque ad vespeream nec protectionis dextram nec oculum piæ provisionis³ avertit, nec bonorum obliviscitur propter malos, sed malorum potius⁴ propter bonorum interdum patrocina miseretur. Denique Nos, Ipsius mansuetudini et justitiæ coaptare pro nostræ fragilitatis modulo cupientes, ut, sicut rationi⁵ suæ nos fecit benigna dignatione conformes, sic actionum suarum, quatenus potest nostra infirmitas prævalere, inveniat etiam sectatores circa Universitatem Magistrorum et Scholarium Oxoniæ commorantium. Hujus magisterii forma prout possumus usi sumus, dum, præter illos nequitiae filios, qui ausu nefario in nos et nostros insultum facere præsumperunt aut præstiterunt facientibus auxilium, consilium, vel favorem, quos excommunicationis (suspensionis)⁶ perpetuæ ab officio et beneficio privationis et aliis infamiam et irregularitatem inferentibus sententiis, ut in confectis ex inde literis plenius continetur,⁷ duximus innodandos et relinquimus innodatos, aliam Universitatem totam in sinum amoris nostri pleno affectu recolligimus et nostræ benevolentiae restituimus et favori, et qualibet commotionis nebula de corde nostro

and, in giving this pardon, he makes exception of those who were personally concerned,

while he restores the rest of the University to his favour,

¹ *Humanae*, A.

² *conciendo* or *concionando*?

³ *promisionis*, A.

⁴ An indescribable word, but corrected into *potius*, A.

⁵ *ratione*, A.

⁶ *suspensionis*] Added in the margin by a later hand.

⁷ *continentur*, A.

Cambridge University Press

978-1-108-04878-1 - Munimenta Academica or, Documents Illustrative of Academical Life and Studies at Oxford: Libri Cancellarii et Procuratorum: Volume 1

Edited by Henry Anstey

Excerpt

[More information](#)

LIBRI CANCELLARII ET PROCURATORUM.

7

caritatis radio dissipata, si qua faciem nostram obduxerat contra ipsos pro eo, quod circa nos in facto illo atroci illos fuisse credimus negligentes, hoc ipsum etiam negligentiae vitium et duximus remittendum, nolentes Universitatem praedictam, praeter exceptos superius vel qui deinceps daret eis consilium, auxilium, vel favorem, quominus ad mandatum nostrum redirent, sententiarum quas praemisimus laqueis irretiri, aut earum praetextu alicujus infamiae contagio maculari; interdictum quoque officii et Scholarium ingressus, quod posueramus in loco praedicto duximus relaxandum.

In hujus autem rei testimonium has literas eidem Universitati tradidimus nostri sigilli munimine roboratas.

Datum apud Sterdeforde octavo kalend. Junii, Pontificatus nostri Domini Gregorii Papae noni anno duodecimo.

LITTERA OTTONIS DIRECTA CANCELLARIO AD INVITANDUM EXCOMMUNICATOS PRO INSULTU AD PENITENTIAM.

A. 49,
D. 24.

Otto,¹ miseratione Divina S. Nicholai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus, discreto viro² Cancellario Oxoniæ, salutem in Domino.

Licet clerici et Scholares Oxoniæ commorantes gratis odio nos habentes, et mala restituentes pro bonis, plures cum armis insultus fecerint in nos et familiam nostram apud Monasterium de Oseneya juxta Oxoniam constitutos et nos et eam, prout verbis testabantur et factis, hiatu damnabili devorarunt, propter quod ipsos excommunicationis sententia duximus innodandos, quia

A.D. 1238.
Bids the Chancellor issue a notice to the clerks and Scholars engaged in the attack mentioned in the last letter, informing them that they may appear before the Cardinal without fear for their persons or goods, and receive sentence of due penance.

¹ The MSS. have *Octoboni* in this and the preceding letter; manifestly a clerical error, as Otto was legate at this date, and the title of Octobo-

nus was "*S. Adriani*;" so that I have not scrupled to alter the text.—Ed.

² *viro* omitted in D.

Cambridge University Press

978-1-108-04878-1 - Munimenta Academica or, Documents Illustrative of Academical Life and Studies at Oxford: Libri Cancellarii et Procuratorum: Volume 1

Edited by Henry Anstey

Excerpt

[More information](#)

8 LIBRI CANCELLARII ET PROCURATORUM.

tamen gremium suum Ecclesia nulli claudit, et nos ipsorum bonum cupimus et salutem, discretioni tuæ qua fungimur auctoritate mandamus quatenus publice omnibus, prout expedire videris, facias manifestum ut, sine metu aliquo captionis vel amissionis honorum propter hoc, ad præsentiam nostram accedant recepturi super præmissis, dante Domino, poenitentiam salutarem.

Datum Radingæ, idus Julii, Pontificatus Gregorii Papæ noni anno decimo.

A. 56. ORDINATIO DOMINI LINCOLNIENSIS EPISCOPI DE PE-
C. 35. CUNIA¹ REPOSITA IN CISTA, QUÆ DICITUR CISTA
D. 12. S. FRIDESWYDÆ.

A.D. 1240. Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Robertus,² Dei gratia Lincolniensis Episcopus, salutem in Domino.

The money paid by the Towns- men, on account of a certain injury inflicted by them upon the University, not having been hitherto regularly applied to the uses of poor Scholars, Robert Grossteste, as diocesan, issues an ordinance to regulate the same.

Noverit Universitas vestra quod cum Burgenses Oxoniae, in emendam et satisfactionem cujusdam insultus publice facti in Scholares Universitatis Oxoniensis, per ordinationem bonæ memoriæ Hugonis Lincolniensis Episcopi prædecessoris nostri, quandam pecuniæ summam solvissent assignandam et convertendam in aliam quam utilitatem perpetuam Scholarium dictæ Universitatis, secundum suam vel alicujus successorum suorum provisionem et ordinationem, cum præfatæ Universitatis Scholarium assensu, nec fuisset de dicta pecunia per memoratum prædecessorem nostrum sub forma prædicta provisum et ordinatum; Nos, volentes ejus laudabilem ordinationem pro posse nostro effectui mancipare, de assensu dictæ Universitatis de prædicta pecunia in hunc modum *providimus et ordinavimus*, videlicet, quod prædicta pecunia, cum incremento quod ex collatione vel ex testamento fidelium vel alio modo honesto et licito ei Dominus adjecerit, apud Prioratum S. Fri-

The money, with the additions thereto from bequests or otherwise, shall be deposited in

¹ *de pecunia* is omitted in A. | ² R. Grossteste.

Cambridge University Press

978-1-108-04878-1 - Munimenta Academica or, Documents Illustrative of Academical Life and Studies at Oxford: Libri Cancellarii et Procuratorum: Volume 1

Edited by Henry Anstey

Excerpt

[More information](#)

LIBRI CANCELLARII ET PROCURATORUM.

9

deswydæ Oxoniæ in arca communi sub custodia alicujus fratrum prædicti Prioratus de consensu Cancellarii Oxoniæ, qui pro tempore fuerit, per Priorem præfati Prioratus ad hoc deputati, et aliorum duorum virorum discretorum de communi assensu prædictæ Universitatis ad hoc electorum, reponatur,

S. Frideswyde's Priory; and one of the brethren of that Priory, appointed by the Prior and approved by the Chancellor, along with two discreet persons to be elected by the University, shall have the custody thereof.

Conditio Scholarium quibus est pecunia cistæ mutuanda.¹

Danda mutuo sub pignore legitimo indigentibus Scholaribus ejusdem Universitatis, non beneficiatis ac beneficiatis usque ad redditum decem marcarum, ea adjecta conditione in datione mutui, quod, si infra finem anni a tempore pecuniæ mutuo acceptæ non fuerit pignus liberatum per pecuniæ mutuo acceptæ solutionem, liceat præfatis custodibus ipsum pignus vel pignora distrahere, ita quod, sorte mutui sibi retenta, quod superfuerit secundum debitoris voluntatem solvatur, vel, si intestatus decesserit, per manus dictorum custodum² pro ejus anima distribuatur.

It shall be lent to poor Scholars upon proper pledges being given for the same; such Scholars must not hold a benefice of the value of ten marks. If the pledge be not redeemed within a year, it may be sold.

Forma instrumenti conficiendi pro mutuazione pecuniæ.³

A. 56.
C. 36.
D. 13.

In mutui quoque acceptione ⁴is qui mutuo accipit propter mutui acceptionem instrumentum conficiet, renuntiando omni liti et omni impetrationi communi que appellationi et cavillationi, et omni juris remedio sibi competenti contra prædictum conditionem, compulsioni et jurisdictioni præfati Cancellarii, qui pro tempore fuerit, circa prædictorum omnium singulorum observa-

A.D. 1240. Any Scholar thus borrowing shall sign a writing by which he shall bind himself not to go to law or appeal against the above condition, and that he will submit himself to the Chancellor in everything relating to the transaction.

¹ This title is in C. only.

² *custodatum*, D.

³ Title only in C.

⁴ [*hi*]is qui mutuo accipit . . . omnium liti, A.; *hiis qui, etc., instrumenti* . . . omni liti, D.

Cambridge University Press

978-1-108-04878-1 - Munimenta Academica or, Documents Illustrative of Academical Life and Studies at Oxford: Libri Cancellarii et Procuratorum: Volume 1

Edited by Henry Anstey

Excerpt

[More information](#)

10 LIBRI CANCELLARII ET PROCURATORUM.

tionem et se et sua subjiciendo. Nulli quoque de prædicta pecunia seu ipsius excremento quidquam detur mutuo nisi sub forma præscripta.

*Quomodo custodes cistarum astringuntur ad formam dandi mutuo pecuniam.*¹

The aforesaid guardians of this money shall annually render an account before auditors appointed by the University for this purpose.

Custodes etiam præfati coram aliquibus de majoribus Universitatis de communi assensu Universitatis ad hoc deputatis in fine singulorum annorum administrationis suæ reddent rationem, redacto in scripturam augmento ejusdem pecuniæ, et similiter summa totius pecuniæ factæ eodem anno; ut autem prædicta provisio et ordinatio perpetuum robur obtineat, præsentî paginæ sigillum nostrum duximus apponendum: his testibus, dominis Johanne de S. Ægidio; Johanne de Dyham; Magistris Roberto de Kadene et Rogero de Campedene; Johanne de Crachale, Canonico Lincolnensi; Magistro Simone, Constabulario; domino Ricardo de Pokelyngtone, Capellano; Benedicto de Burgo, Stephano de Castello, Johanne de Estone, Rogero de Freteswelle, clericis; et aliis.

Datum apud Bugedene quinto idus Martii, Pontificatus nostri anno quinto.

Other bequests in augmentation of S. Frideswyde's chest.

*Memorandum*² quod Magister Robertus de Anetone legavit isti cistæ quadraginta solidos in forma præscripta.

Item, Wilhelmus de Gray quinque marcas, sicut patet ex antiquo registro.

Item, Magister Johannes Manduit quadraginta solidos.

¹ Title only in C.

² This memorandum has evidently been copied by a later hand into A. out of C., and the last item is in

quite a recent hand, and does not apparently properly belong to the text of either A. or D.